



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Electio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ELEEMOSYNA.

**E**leemosynas petere, aut mendicare per Ecclesias tempore divinorum officiorum, pauperibus non licet, Pius V. *Bul. 5.* nec clerici possunt accipere eleemosynas ab hæreticis, Greg. IX. *Bul. 3.*

ELECTIO.

**P**rimò electio debet fieri in loco honesto, solito, omnes simul, non divisi in uno loco, hinc fit electionem non posse fieri, si verbi gratia essent canonici, & singuli scribere votum suum, quia necesse est, ut omnes simul, vel major pars simul conveniat, Host. in *Sum. tit. de elect. §. ubi fieri debet, nu. 4.* quod nota pro monialibus, & aliis, quia datur forma.

Secundò, electus debet consentire suæ electioni, sicut postulatus suæ postulationi, & præsentatus acceptare suam præsentationem, aliter non dicit jus ad rem considerabile, per *regulam Cancellaria de non de toll. sur. questio. Gem. in cap. 1. vers. oppono secundò, de postul. lib. 6. Gom. quest. 1. col. 7. ver. 1.* habere locum, & ista acceptatio, seu consensus dat jus ad rem, etiam si superior dictam præsentationem non admittat, idem *ibidem.*

Tertiò, electio superiorum regularium quomodo fiat, vide in *1. p. in ver. Abbatisa, §. 6. & in 2. p. ver. regulares, §. 7.*

Quartò, an possit fieri, vel committi electio de certa persona determinata?

*Prax. Episc. Pars II.*

Respondetur, quòd non, quia electio debet fieri de uno ex pluribus, *Græ. in c. cum expediat, quid si electores, de elect. lib. 6.*

EMPHYTEUTA.

**P**rimò, an ex divisione emphyteutarum rerum debeatur suscipi laudemium?

Respondetur, quòd sic, *Cap. Tolos. 9. 75.* quod tamen fallit in divisione necessaria, puta duobus fratribus dividendum hæreditatem, sed illud valet in divisione, quando quis vellet vendere unam partem uni, *Cap. Tolos. loc. cit. & ibi addit.*

Secundò, emphyteusis quando non apparet, an sit perpetua, aut temporalis, in dubio præsumi debet perpetua, nisi aliter se habeat consuetudo, *Cov. lib. 3. cap. 10. num. 4. var. resol.*

EPISCOPI.

**P**rimò, Episcopus potest dispensare in irregularitate occulta, per *c. liceat, etiam si fuerit contracta culpa ipsius Episcopi, vel eo sciente, vel consentiente, vel mandante, Nav. 97. de sim. num. 12. & 13.*

Secundò, Episcopus in aliena diocesi exercendo pontificalia absque licentia Ordinarij illius loci, etiam si inadvertenter hoc faciat, etiam benedicens calicem, vel corporalia, ita *Nav. cons. 12. de cler. excom. celebr. & ita intelligitur sac. Con. Trident. sess. 6. c. 5. de resor. sit suspensus.*

I

Tertiò,